



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Emblema VI. tabulæ ad dextram. De titulo Doctoratus Ecclesiae D. Gregorio attributo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

## Emblema V. Tabulæ ad dextram.

De institutione Festi Dedicacionis Ecclesiæ.

*Domus enim Domini decet sanctitudo. Psal. 92.*

VANTA cum solemnitate, iubilo, ac diuerso sacrificiorum ritu, tum augustissimum illud Salomonis Regis templū, tum Iudæ Machabæi, dedicata fuerint, quam sanctè, & deuotè ab illius sæculi Iudeis Anniuersariæ dedicacionis eorum festiuitates custodit, quâq; semper sartetectè ad Christi Domini usque tempora hæ noui Euangelij umbræ, & figuræ permanserint, apertissimè docent, cum Veteris, tum Noui Testamenti pagine, quod ipsum considerans hic Sanctus Pontifex, ut in nullo ex veteri Euangelium, Mosaicæ legi, Dedicacionis Ecclesiæ festum diem solemnem quotannis à fidelibus decreto celebrari præcepit, non officio, tam nocturno, quàm diurno auxit, & ut is ab omnibus maior cum deuotione, & reuerentia obseruaretur, indulgentiis maximis perpetuò duraturis, donauit: *Rat. diu. lib. 7. c. 47. & ult.* Quæ omnia in præfenti Præfulis infulati Ecclesiæ benedicentis Symbolo apertissimè representantur.

## Emblema VI. Tabulæ ad dextram.

De titulo Doctoratus Ecclesiæ D. Gregorio attributo.

*Dedit enim eum Dominus Doctorem iustitiæ, & desiderare faciet ad nos imbrem matutinum. Ioel 2.*

Exro, & vltimo hoc dextræ tabulæ Emblemata, multitudinem quandam librorum representante, Doctoratus ipsius Pontificis, qui ob singularem doctrinam, & scripta quæ edidit doctissima, inter Sanctos quatuor præcipuos Ecclesiæ Latine Doctores referri meruit, ut Panuinus in epitome, aliq; tributi, cum Ecclesiæ attestantur, significatur. In omni enim scientiarum genere

genere optimè versatus; scribendi, resque difficiles explicandi facilitate ad eò excelluit, ut hanc ob causam Doctoris nomen non immerito ab Ecclesia sit adeptus. Quæ autem scripsisse fertur quæquæ quotidie in manibus omnium versantur præcipua hæc sunt.

Ad Leandrum Hispalensem in Hispania Epif. & Monachum. Moralium in lib. Iob, lib. 35. qui excusi sunt Basileæ an. 1503. Parisiis, 1523. Lugduni, 1540. & alibi sæpius.

De cura Pastoralis, lib. 2. In Cantica Canticorum, lib. 1.

Im septem psalmos pœnitentiales, lib. 1. Homil. 40. in Euang.

Dialogorum de miraculis Sanctorum, lib. 4. Excusi primum

Parisiis an. 1499. Venetiis 1561. & alibi sæpe.

In Ezechielem prophetam, lib. 2. qui excusi sunt Paris. an. 1511.

Hymnorum, lib. 1.

Omnia etiam hæc eius opuscula simul excusa sunt Lugduni

anno 1516. & Venetiis 1571. in 8. & alibi aliquoties.

In primum librum Regum, lib. 1. De Sacramentis, lib. 1.

Antiphonarium, li. 1. Hic primum excusus est Colonia, cum

nonnullis aliis de eadem re, an. 1571. in 4. opera R. D. Iacobi

Pamelii, qui hinc à duobus an. obiit Epif. Audomarësis.

Epistolarum ad diuersos, lib. 10. Impræssæ sæpius in diuersis

locis; sed iam restitutæ, & passim notis, quæ iustarum glos-

sarum ferè instar esse possunt locupletatæ; addita Margari-

ta earundem Decretaliû, Summariis, & Indicib. excusæ sunt

Francofurti, an. 1586. in 8. & Romæ 1591. in fol. in 2. Tomo.

Epistolarum Decretaliû Sum. Pont. à S. Petro, ad S. Grego-

rium VII. inclusiue.

Omnia uerò huius S. Pontificis opera, excusa sunt sæpius in diuersis

locis diuersimode: ea uerò quæ uidi sunt hæc; Lugduni an. 1516.

in 8. Parisiis apud Claudium Cheuallon 1523. in fol. Venetiis 1583.

in 4. & ultimo Romæ in Tomis sex, ab anno 1588. ad 1593. in folio.

Flores operum eius excusæ sunt Parisiis, an. 1572. in 8. & alibi.

Scripsit item, In 4. Euang. explanationum, lib. 4. Mattheus sicut.

Rationale diuinorû, lib. 1. Proemiorum Noui, & Veteris test. lib. 1.

Quæ se uidisse Io. Trittemius Abbas in lib. de Scriptor. Ecclesiasti-

cis testatur. Reliqua eius opera, uidelicet

In Pentateuchum; in Prophetas, & alias sacras scripturas, ab æ-

mulis gloriæ, & sanctitati eius inuidētibus, igni tradita fuisse, Ioan-

nes Diaconus in eius vita conquæritur.

Reperiuntur & duæ epistolæ, quæ in Registro eius non habentur,

OOO 4 unam

vnam, quæ est ad Marinianum Archiepiscopi Rauennæ, habet Rubens, lib. 4. hist. Rauennatis: alteram continet uita S. Honorati Episcopi Arelatensis, excusa Venetijs anno 1501, apud Iuntas, lib. 3. c. 27. p. exordio, Si uera est propositio; & est ad Monachos Lirinentes.

Opera uerò sequentia, ipsi S. Gregorio attributa, uidi ego, & legi in sacro monasterio Cauensi MSS. cū illic essem an. 1590. uidelicet

In Pronetia Salomonis, lib. 1. Intellectus sacri eloquii.

In Ecclesiasten, lib. 1. Salomonis liber subiungitur.

In Sapientiam, lib. 1. Libram Sapientie Salomonem.

In Ecclesiasticum, lib. 1. Qui textum considerat, & sensum.

Contemplationū ex libris Moraliū eiusdem, li. 6. Cū sacri fontis Scripsisse fertur & librum unum, De conflictu uitiorum, & uitiorum

qui sub eius nomine MS. reperitur in Bibliotheca nostra S. Benedicti Mantuani: citaturq; à multis, ut D. Ioanne Bertels Abbate Lo-xemburgensi, dialogo 8. in Regulam S. P. Benedicti, & alijs, pro partu eiusdem Sancti. Tribuitur tamen à nonnullis S. Leoni I. Papæ:

ab alijs S. Ambrosio Episcopo, in cuius operibus editionis Romanae, tomo 3. reperitur, sub eius nomine. Alii eius libri auctorem faciunt

S. Augustinum Episcopum, in cuius Opusculis, tomo 9. excusus est, diuerso tamen sine ab Ambrosiano. At hic liber in libris Retrad-

tionum ipsius D. Augustini non inuenitur: nec à Tritemio, & alijs qui de Scriptorib. Ecclesiasticis scripsere, iudicatur esse Augustini.

Et cum in illo libro, longè post medium, & non procul à fine, fiat mentio de S. P. N. Benedicto Confessore, in hunc modum: *Tu ergo iuxta*

*Regulam Patrum uiuere stude, maximè autem Confessoris S. Benedicti,*

*nec declines ab ea quoquam, nec illi addas quicquam, nec minuas, totum quod sufficit habet, & nunquam minus habet: cuius uerba, atque imperia,*

*sectatores suos perducant ad Cæli palatia: Non potest ille liber nisi se Leonis, Ambrosij, uel Augustini, qui multis annis, imo aliquot se-*

*culis S. P. N. Benedictum præcesserunt. Postremo etiam stilus ipse indicat, alterius non esse quam S. Gregorii. Feruntur & ipsius esse*

*Orationes illæ deuotissimæ, uidelicet:*

Facturus memoriam ante communionem: quæ excusa est in Sacerdotali, Pij Papæ V.

O Domine Iesu Christe, &c. Meditationes septem de Passionem Domini:

Aue dextra manus Christi; Salutationes ad quinque uulnera Christi; quæ sepius excusæ sunt, & nouissime nobis procurantibus impressæ sunt in Officio nostro B. Mariæ, an. 1594.

Excuso

Excuso in 12. apud Iuntas .

Sunt & apud me tres parui sermones eiusdem, coram ho spitibus secundum præceptum Regulæ legendi, Monachis Casinensibus ab eodem transmissi, qui sic incipiunt: 1. Pensate fratres carissimi .

1. Ait enim Dominus, & Saluator. 3. Dominus, & Saluator noster. Exhortatio uero eius ad monachos, tali exordio, *Reordemini fratres carissimi*, mihi à D. Constantino communicata, excudetur in Breuiario nostro, anno 1595. apud Iuntas.

Emblema I. Tabulæ ad siniftram.

De Feria IIII. Cinerum, in capite Ieiunij, à S. Gregorio instituta.

*Afsimilati, enim, sumus fauilla, & cineri.*

*Iob. 30.*



XPLICATIS prioribus dextræ manus Symbolis; restat ut de mysterijs, quæ ad læuam repræsentantur agamus; In quorum primo, sacerdos, vestibus indutus sacerdotalibus, fronti cuiusdam hominis ante ipsum genuflexi, cineres imponens, ac pollice signum Crucis imprimens, conspicitur;

quo notatur S. Gregorium Feriam quartam post Quinquagesimâ, adiectis tribus diebus sequentibus, caput esse Quadragesimæ, constituisse, eamque multis ceremonijs & sacramentis celebrem reddidisse: In quibus est illa, qua in recognitionem humanæ conditionis, ut populis cineres à Sacerdote darentur ordinauit, eodem sententiam Domini terribilem, ac semper animo meditandam, pronunciantem: *Memento homo quia puluis es & in puluerem reuertaris. Rat. diu. lib. 6. c. 28.*

Quo fit ut cuncti generatim mortales, semel saltem in anno, reddantur mortis memores; quod facit ut rectius uiuamus, certo scientes nobis esse moriendum.

Ad eum enim modum Adam, postquam peccauerat, & in mortis necessitatem inciderat, de humani corporis imbecillitate Dominus admonuit dicens, *In sudore uultus tui, uelceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertaris. Genesis c. 3.*

Emble-